

1284, *Giugno* 13.*Il Bailo d'Acri pagherà a quello d'Armenia.*

..... Sicut commissum est consiliariis Acconis de facienda solutione salarij baiuli Armenie, sic committatur baiulo Acconis, de ipsa solutione facienda dicto baiulo Armenie. [Luna, 37 ].

1284, *Agosto* 12.*Il Bailo d'Acri vende una tareta al Re d'Armenia.*

Cum per baiulum Acconi vendita foret tareta una Regi Armenie pro bisantiis sexcentis ad beneplacitum domini Ducis, capta fuit pars quod dictum mercatum sit firmum sicut est factum.

Item. Quod pecunia, quam accepit mutuo baiulus Yace secundum formam commissionis ei facte,<sup>1</sup> pro aptatione tarete, que pecunia est circa libre quatuor centum, et est dominorum Nicolai Dandulo et Petri Justiniano, debeat solvi de denariis montis, cum non possit solvi de libris tribus millibus, et cum ipsa pecunia sit de suis collegantiis, et posset ei portare magnum deffectum. [Luna, 42. 43].

<sup>1</sup> Allude all'ordine dato l'anno precedente, 22 luglio. V. n. 22.